

## 606 De Regia protect. vi oppress. appell.

- 100 compellendo, quidquid si quidem in condemnatione nō sepperit exprellsum, censetur omissum, vide quā late diximus suprā hoc lib. c.8. num.51. & seqq. & quā hoc cap. in princ.
- 101 Quod & eo corroboratur, namque fructus longē distant ab ipsa re, imo diverso jure censentur, probat text. in l. adib. s. ex rebus. ff. de donat. sed cum sententia nihil de fructibus disponat, sequitur, ut ad eos tanquam rem diversam non extendatur, l. f. ff. de c. luminatio. l. in agri. ff. de acquir. rerum dominio.
- 102 Infupet & pro hac parte expedit texum (qui in proprio videtur expressus) in l. ex divers. 36. §. ubi ff. de rei vind. cuius verba sunt: Ubi autem alienum fundum petti, & judex sententia declaravit meum esse, debet etiam de fructibus possessorum condemnare, eodem enim errore, & de fructibus condemnatur: non debet enim lucro possessoris sedere fructus; cum viuis sit aliquin, (u Martianus ait) nec rem arbitribut judex, mihi restitui, & quare habeat, quod non est debitor possessor, si statim mihi possessionem restitueret, Et ex quo quidem text. ut vides confit condemnasse judicem ad rei restitutionem, ubi judex mihi restitui. Et & tamen dicit text. quod debet facere fructuum condemnationem, ibi & de fructibus condemnatur & ibi, debet etiam de fructibus possessorum condemnare, Et ergo manifeste sequitur, quod non intelligitur tacite de illis condemnatus, quantumvis usus fuerit judex verbo restituere, Et & illos subintelligens executor videbitur excedere.
- Sed nihilominus his non obstantibus, contrarium in re hac est defendendum, imo ut executor non excedat hujusmodi fructuum compulsionem facient, etiam si de illis in sententia expressa mentio facta non sit; quia cum res iubetur restituiri, tacite de fructibus intelligitur facta condemnationis; his tamen causibus, in quibus alias ad illorum praelectionem, & restitucionem condemnatus tenebatur; quam sententiam, & opinionem à pluribus tentam esse, reperio, sequitur. Bald. authorum illius qui in rubr. C. de fructibus & lit. expens. docet n.1. secundum gl. ibi dicentem, quod de fructibus debet fieri in sententia mentio, quam intelligi, & declarat, quod sufficiat fieri condemnationis rei, per verbū (restituere), quia tunc tacite intelliguntur fructuum facta condemnationis, per quem etiam idem adnotavit Iff. (qui dicti perpetuo ad diligenter notable) in §. omnium, inst. de actio. in si & idem Iff. in l. Gallus §. & quid si tantum, n.27. ff. de lib. & postb. & idem voluit ipso Bald. cuius Iff. non meminit, in conf. 504. arbiter & arbit. col. 2. vers. modo queritur l.5. Tiraquel. in re pecc. l. si unquam, verb. revertentes, sub n.224. C. de rev. donat. Bart. in report. verbo, condemnatus n.50. ad medium, dicentes ex eodem Bald. quod in sententia, quem condemnat ad rem actori restituendam, oportet fructuum ejusdem rei mentionem fieri nisi judex utatur hoc verbo (restituere) nam tunc satis esse dicunt, cū omnino fructus in restitucionem rei venient ex eadem sententia, licet alter id exprellsum non sit, sequitur etiam Covarr. lib. 1. var. refol. c.3. n.1. late Sepe dec. 126. an. 3. cum seqq. Caval. dec. 14. n.2. p. 1. Surd. dec. 112. n.12. Land. conf. 99. n.8. & 9. Giurba dec. 89. num. 8. ubi quod res ideo non dicitur restituiri, dum fructus etiam non restituantur secundum Dec. conf. 52. n. 10. plurimos citat Giurb. dec. 65. per 101am. & Mires in tract. de major. 3. p. 9.26. n.41. in noviori impressione, & conductum quæ optimè nostras Joan. Garcia de expens. Et meliora. c.23. num. 55. dum dicit, quod de juris rigore semper fructus venient in restituzione rei, quantum attingit ad propriam & genuinam naturam restitucionis, allegans ad id Bald. in rubr. C. de fruct. & lit. expens. quæ resolutio omnino admittenda, & intelligenda est prout diximus, quando alias ex natu-
- ra actionis, & de jure veniunt, & debeantur fructus, non aliter; ita ultra suprā citatos Doctores tenent Bald. in rubr. de fruct. & lit. expens. Surd. conf. 293. n. 16. Menoch. conf. 1173. n. 14. Landech. d. conf. 99. n. 9. Giurba dec. 89. n. 26. & vide infra n. 13.
- Ratio autem, quæ novit Bald. & sequaces, elegans 106 quidem est, nam verbum (restituere) quo judex in sententia uitit, plenam habet significacionem, fructus quoque comprehendens, cuius propria virtus, & genuina natura ex vi & potentia illius fructuum condemnationem inducit, ac si verbaliter experientur in ea, text. est. in l. in condemnatione 134. §. ibi cū verbum (restituere) in lege inventur: et si non specialiter de fructibus additum est, tamen etiam fructus sunt restituenti, Et. ff. de regul. jur. text. in l. videamus la 2.38. §. in Fabiana, ibi in Fabiana quoque actione, & Publiciana, 107 per quam, quæ in fraudem creditorum alimenta sunt, revocantur, fructus restituentur, nam Praetor id agit, ut perdeat sicut omnia, atque si nihil alienatum esset; quod non est iniquum, nam & verbum (restituere) quod in hanc rem Praetor dixit, plenam habet significacionem, ut fructus quoque restituantur, & id est cum restituti Praetor vult, veluti interdicto unde vi, etiam fructus sunt restituenti, & c. de usuris, & gl. in margini ibi posita verbo, significacionem, addit, plenam; & perfectam habet significacionem, per text. in c. nullus possit. cum fet. 1. q. 2. text. in c. aced. ut lite non contrefacta. text. in l. in. ff. de verbis. signif. l. dom. C. de rei vindicatione. Arch. referens Gofred. in c. existens in verbis, integrimo. 3. q. 2. & in c. quia sepe. & ibi Joan. Andre. col. 2. in verbis, plene in novell. & Dom. etiam col. 2. vers. querero an si non fuisset, de electione lib. 6. cum similibus, An. Tiraq. in repet. l. si unquam verb. revert. n.224. in i. iff. in l. Gallus. §. & quid si tantum, n.69. de liber. & postb. Dicus in l. condemn. §. tam verbum. de regul. jur. Covarr. l. 1. var. refol. c.3. n.1. & 2. Matil. singul. 17. ex propria vi, significatio, & virtute, pariter & dama restituentur, ut late & doce explicat Lucas de Pena in l. si coloni, q. 90. Cod. de Agricola. Et censuis Menoch. dec. 29. prob. rem. 1. sub n.6. & probat text. in l. 1. §. qui autem vi, de qua questione vide late quæ vidimus inferius ad h. hujus cap. a. n. 181. & seqq.
- Nam restitutio est in pristinum statum repositi, seu 108 redintegratio, l. quod si minor, & restitut. ff. de minor. l. restituere, ff. de verb. signif. l. prateres, ff. de revindic. l. Jul. §. eodem tit. l. cum fundus. ff. si ceruum petatur, gl. in l. sed si ff. de petit. hered. similis gl. sed & partius, ff. quod metus causa. & ibi Angel. quæ significatio etiam in materia stricta operatur, ut ad responsionem argumentorum inferius probabimus.
- Isthaec igitur est juris interpretatio, text. in d. l. si ff. si ibi, restitutio, non tantum qui corpus, sed etiam qui omnem rem, conditionemque redditiva causa praefat; & tota restitutio juris interpretatio est, ff. de verb. signif. & sic eadem in sententia rem restituere mandante attendenda est maxime quia verba sententiae ad juris intellectum sunt reducentia l. miles, q. qui judicat ff. de re. & ibi Castr. B. in l. si fund. ff. in vendit. vers. not. ff. de pig. Cæpol. conf. 57. duos fratres n. 5. in conflitis. Alex. conf. 46. cir. prim. n.2. l. 5. Paul. de Cast. conf. 270. n.2. lib. 5. Socin. conf. 134. col. 2. in prim. l. 1. & verba iudicis debent intelligi secundum mentem iuris, c. c. 110 sam de script. l. bipalauis in prim. ff. de usuris, l. Gal. l. quidam resti, de lib. & postb. Alex. conf. 2. l. 3. n. 2. & magis mentis iudicis, quam cortici verborum est ioharendum Bald. in l. 1. in l. appositione, C. de nego. 112 gest. Dec. conf. 43. pro temni col. ff. in prim. Card. Tuli. pract. concl. tomo 7. litera S. concl. 126. n. 11.
- Hac sic fulcita opinione retenta, ut executor non excedat si hoc calu compellat condemnation ad fructuum restitucionem, simul cum ipsa re, ad cuius restitutio-

## Pars IV. Cap. IX.

- rem actori, ergo necessariò supponit, ut verbum (restituere) æquipollat expresse, & specificè mentione, & sic idem est, jus statuendum in secundo casu ex identitate rationis. Deinde quia foret latius restringere, imo violare propriam, veram, & genuinam naturam verbi (restituere) quod amplam, mō amplissimam habet, 119 significacionem supra latè probavimus, cum ea juris sit interpretatio, & significatio, siquidem non aliter à significatio verborum recedi oportet, quam cum manifestum fit, aliud sensus disponentem, l. non aliter, de legat. 3.
- Quibus sic suppositis, restat satisfacere ad ea omnia 120 quæ pro contraria parte consideravimus. Et ad primum, quod cū sententia sic stricti juris, strictam recipit interpretationem, & tantum disponit, quantum loquitur, cum similibus respondet ex propria, & vera significatio hujus verbi (restituere) quod fructus comprehendit; nam etiam in iis omnibus, quæ strictam habent interpretationem, admittenda semper est propria verborum significatio, textus est elegans, ubi hoc adnotavit per illum Aret. in Lcnum lege ff. de testam. Cald. conf. 1. de cons. & affini. & conf. 7. de verbis. signific. Dicus in c. cum ordinem col. 2. & in c. sedes de script. idem Dicus in l. 2. n. 59. & in l. secundum §. in penult. n. 10. & in l. i. jemper in obscuris n. 11. ff. de regj. idem Dicus optime in c. at si clerici §. 1. col. ult. de iudicij. Angel. l. ult. col. 2. ff. de cons. princ. Abb. c. ex parte ult. 2. nota. de decimis. Aret. in c. quidquid astringenda, ff. de verb. Angel. in l. tale paulum, §. si. col. 1. circa med. de paulis; Covarr. lib. 4. var. c. 5. in ff. ubi postquam per totum c. discutit, quid haec dicitio (majoratus) ex propria viritate, & significatio, apud Hispanos continet; dicit ubi proxime, quod ubi ex verbis aliquis sententia in 121 judicio latè constare, & declaratum fuerit patrimonium aliquod jure majoratus familiae nominis, aut alii cui deferri, admittenda esse omnia dicta per eum in illo cap. qui proveniunt à significatio verbi (majoratus) quia licet sententia sit stricti juris, non tam exclusiū propria verborum significatio, non enim à verborum significatio recedendum est, juxta text. in l. non aliter. ff. de leg. 4. facit etiam Rota novis. dec. 122 223. n. 8. dicens, quod etiam si materia sit odiosa, verba non proprie amittunt suam significacionem, quæ n. 9. & n. 15. dicit, ut verba universalia, & non stricta ad aliquid limitatum & certum, etiam in materia odiosa, retineant propriam significacionem, ex Calder. in d. conf. de contag. & affini. & Aret. in d. l. cum lege, tenent etiam Aymon. post Corneum, & alios, conf. 18. 123 n. 12. cum seqq. Rebut. in pract. de differ. inter refe. & priv. n. 8. DD. in l. si defertia C. de translat.
- Et hinc est, ut ex verbis sententiae non possimus aliquid inferre, nisi quatenus ex vi verborum de necessitate infertur & subintelligitur. Bar. in l. Julianus ff. de condit. indeb. Decius conf. 322 incipit visus consilii, in princ. Aym. de antiqui. tempor. 4. p. 1. incipit translat. n. 46. & 65. Rota novissim. in una Ateniens. fedis 2. Decembr. 1588. testis Farin. quæ est inter recollectas per eum 864. fol. mibi 178. Ozaf. dec. Pedem. 64. a. n. 2. & ita etiam intelligendum, quod per Alex. conf. 108. 2. vol. 5. Decim. utrumque Curium, III. Ripam, & alios, dicit 125 Pet. Surd. dec. 2012. n. 12. quod sententia est stricti juris, & ultra non extenditur quam importet verborum sonus. Rota in decis. novis. 3. 17. p. 2. diverso. Socin. conf. 181. n. 6. & 97.
- Nam verba semper recipiunt interpretationem, ac 126 intelliguntur secundum naturam rei, & subjectam materiam Bald. conf. 182. n. 6. l. 1. Rolan. à Valle conf. 62. num. 23. l. 1. Cephal. conf. 138. num. 6. l. ubi amphat, quamvis actus perire, Socin. in l. ubi est verbor. in 5. notab. ff. de condit. & demonst. post Bart. in l. cum senat. ff. eodem tit. Aym. conf. 228. col. ante si. verbi. in quo quando

Eee 4 verba

- 127 *serba n.3. lff. in l. quoties, ff. de verb. obligat.* debentque intelligi, & interpretari verba secundum naturam rei, & secundum dispositionem juris. Nata pluribus simul compobans, *conf. 4.16. n.5.* *Tiraq. in l. si unquam, in sū. n.1. usquead. 10. C. dērever. dona.* Petrus Surd. *conf. 5.22. 128 n.12. lib. 4. ib. imo ob subiectam materiam verba imprudent, supplantur, & alterantur, etiam si sint prægnantia, & etiam si simus in materia stricte interpretationis; latè idem Tiraq. in l. si unquam, verbo, revocatur, n.37. & 38. Everard. in loco ab subiecta materia, & facit quod scribit Gozard. *conf. 73. n.7. vers. non obstat, & n.14. 15. Rota novit. dec. 39. n.9. p. 2. divers.**
- Prout etiam in statutis quoq; sunt stricti juris etiam verba generaliter prolatas recipiunt interpretationem legalem. *Bal. conf. 67. quia factio oritur, col. 1. in sū. & vers. nec obstat si dicatur l. 3. lff. in l. fidejuss. s. prator sit. in sū. n.7. ff. qui satid. cogan. Tiraq. de retrat. convention. gl. 2. s. 1. n.9. in sū. vers. nam & hac dictio. Gratia. in discept. foren. 1. tom. c. 168. n.14. Nec obstat illud aliud, quod ibi diximus, quod cùm fructus non sint in sententia expressi, ceneantur omitti; quia respondetur, satis ex; resum dici, quod virtualiter, necessario ex verborum propria significacione in sententia continetur, ut dicetur in quest. seq. ad responsionem argumentorum, & num. 150. cum seqq. ubi plures congesimus doctrinas & sursum à num. 21.*
- 131 Sed ultimus nec obstat magis difficile, ex l. ex verso 36. s. ubi ff. de rei vindic. quam pro contrario nostra doctrinae opinionis ad lucit Berthach. *Cornes conf. 302. n.6. col. 3. fol. 265. & conf. 220. n.3. fol. 221. vol. 2.* Nam ex quo judex declarat actorem verum rei do 138 minum dumtaxat, necessario supponit, ut reus illum domino debeat restituere, ut probant eadem iura, & autoritates modò citare, quia quando sententia aliquid necessario supponit, ad illud se extenda, quia dicitur in ea expressum, latè diximus supra hoc c. 21. & magis in nostro proposito, facit elegans Pedem. *dec. 64. Ozafc. per totam, ubi laeo emptori rei agenti ex remedio l. 2. C. de refind. mandatum fuit per sententiam, ut venditor premium receptum restituat, non autem fuit condemnatus actor ad rei restitutionem vendori, judec. mihi restitu. &c. que cùm videantur referri ad principium; scilicet, ad sententiam judicis; demonstrant, verbo (restitu) usum sufficere judicem in sententia, cui duplicitas responderet, primò ut hæc ultima verba non recipient ipsam sententiam quia clare ex ea patet ut consilus referit, in ea non sufficere apposita, sed respiciunt eisdem sententia executionem, sole reddit clarus; est enim certi, & manifesti juris, ut in 132 actione reali, & similibus fatis esse, actorem per sententiam judicis, dominum rei peccata declarati, *l. Pomponi, s. sed his ff. de procur. ubi B. & lte nec ullam, ff. de pet. bared. l. si uit. q. quia uor ff. servius vindicetur, & etiam ex ead. l. ex diverso in eodem ff. ubi, & ibi etiam nota. B. lata igitur haec sententia, ad illius executionem judec. habet proprio precepto ipso reo, ut rem actori restituat, ut in l. qui restit. ff. de rei vindic. ipse Jurisconsultus, & post eum Accursius, & alii ibi & idem probatur in ff. eis in rem, inst. de off. judicis, eleganter valde Covarr. in lib. 1. var. resol. c. 3. sub n.1. pol. medium, & sic sequitur manifestè quod illa verba posita in sū. ff. ubi, ibi, nec rem arbitrabitur judec. mihi restitu, & respiciunt executionem dumtaxat, & probant similia, quibus in item utitur consilus in modo citar. l. qui restituere ibi, ex quibus arbitratu judec. restituuntur, &c.**
- 133 Secundò etiam & rectè potest responderi, quia licet illa verba referantur, seu respiciant judicis sententiam, non refutant, tanquam in ea apposita expresse, sed tanquam necessariò apposita, & tanquam tacite, ac virtualiter subintelligunt in illa; habet enim annexionem condemnationem in se ad dimittendam rem, ita
- ut possint possessores, cum quibus isthuc declaratio facta est, per viam brachii militaris expelli, ac si essent expeltes, & specificè condemnati, ad illam dimittendam, restituendam & tradendam: optime, & late Paul. *Cast. conf. 275. à prin. l. 3. Corn. conf. 302. licet in proposi. l. 3. idem Corn. conf. 220. l. 3. post prin. & iterum conf. 202. pro evidencia lib. 4. Card. Tufc. præl. concil. tom. 7. littera S. concil. 122. n. 5. idem tenet Aym. conf. 79. n. 4. post alias loquens in sententia declarante dumtaxat bona 134 effe hypothecata actori hypothecariam intentant, quia licet alter non exprimatur in ea, censemur condemnari rem ad illam relaxandum, sequitur Card. Tufc. ubi proximè n. 7. concil. 129. n. 14. licet contrarium teneat Alex. conf. 108. vijo processu col. 1. l. 5. nostram etiam conclusionem tenet Paul. *Cast. d. conf. 275. ad proximum in prin. ubi latè proficitur, & adducit plura exempla, inter que, & illud, quod si quis sententia declaratur debitor aliquis ex causa mutu, virtualiter censemur condemnatus ad restituendam quantitatem debitam Tufc. Card. d. concil. 122. n. 9. & ead. lit. S. concil. 126. n. 117.**
- Hinc sententia, quæ declarat, in aliquem translamat esse possessionem ex tali tempore, ab illo videtur per 135 necessarium consequentiam ad fructus condemnare, etiam si illis mentio non fiat. *Paz. træt. 2. de tenut. 2. p. c. 73. n. 3.*
- Hinc sententia, per quam declaratur, aliquid deberi 137 sum, licet non contineat expressam condemnationem, tacite tamen intelligitur; *Cornes conf. 302. n.6. col. 3. fol. 265. & conf. 220. n.3. fol. 221. vol. 2.*
- Nam ex quo judex declarat actorem verum rei do 138 minum dumtaxat, necessario supponit, ut reus illum domino debeat restituere, ut probant eadem iura, & authoritates modò citare, quia quando sententia aliquid necessario supponit, ad illud se extenda, quia dicitur in ea expressum, latè diximus supra hoc c. 21. & magis in nostro proposito, facit elegans Pedem. *dec. 64. Ozafc. per totam, ubi laeo emptori rei agenti ex remedio l. 2. C. de refind. mandatum fuit per sententiam, ut venditor premium receptum restituat, non autem fuit condemnatus actor ad rei restitutionem vendori, judec. mihi restitu. &c. que cùm videantur referri ad principium; scilicet, ad sententiam judicis; demonstrant, verbo (restitu) usum sufficere judicem in sententia, cui duplicitas responderet, primò ut hæc ultima verba non recipient ipsam sententiam quia clare ex ea patet ut consilus referit, in ea non sufficere apposita, sed respiciunt eisdem sententia executionem, sole reddit clarus; est enim certi, & manifesti juris, ut in 132 actione reali, & similibus fatis esse, actorem per sententiam judicis, dominum rei peccata declarati, *l. Pomponi, s. sed his ff. de procur. ubi B. & lte nec ullam, ff. de pet. bared. l. si uit. q. quia uor ff. servius vindicetur, & etiam ex ead. l. ex diverso in eodem ff. ubi, & ibi etiam nota. B. lata igitur haec sententia, ad illius executionem judec. habet proprio precepto ipso reo, ut rem actori restituat, ut in l. qui restit. ff. de rei vindic. ipse Jurisconsultus, & post eum Accursius, & alii ibi & idem probatur in ff. eis in rem, inst. de off. judicis, eleganter valde Covarr. in lib. 1. var. resol. c. 3. sub n.1. pol. medium, & sic sequitur manifestè quod illa verba posita in sū. ff. ubi, ibi, nec rem arbitrabitur judec. mihi restitu, & respiciunt executionem dumtaxat, & probant similia, quibus in item utitur consilus in modo citar. l. qui restituere ibi, ex quibus arbitratu judec. restituuntur, &c.**
- Rursum queri potest, an executor executorialium, quibus quis condemnatus est, ad reddendum rationem administrationis ab eo petitæ, excedat, si facta calculatione illas extendat ad reliquum solutionem, & compulsionem, illaque in eo, quod liquidatum debet, constat, exequendo, si nihil de reliquo solutione sit in executorialibus dictum, nec expressum, absque nova sententia, in quo quod excedat probatur, quoniam hic actus reddendi rationem duo continet capitula separata, scilicet rationem reddere, & reliqua solvere,

- solvere, l. cum servus ff. de condit. & demonst. Affict. decif. 157. n. 4. Aymon. conf. 231. n. 14. ergo succedit reg. l. Papinianus exul. ff. de min. & ut à separatis non fiat illatio, nec fieri debet hoc argumentum; quis est condemnatus, ad rationem reddendam, ergo censemur condemnatus, nec sententia debet extendi cum si stricti juris, ex iis, quæ supra latius diximus.
- Sed contrarium imo quod non excedat, dicendum 142 venit, ex eo namque fuo, quod quis ad reddendam rationem fuit condannatus virtualiter, & ex necessaria consequentia, etiam censemur condemnatus ut in quod hoc exprimunt, qui respondetur, hoc esse satis in ea exprimunt, siquid propriæ verborum significatio, vis, ac natura hoc idem patientur, & virtualiter comprehendunt, ut probat text. in d. leg. quamvis ff. de condit. & demonst. ibi, itaque cum seruo sub hac conditione libertas detur, si rationes reddiderit, non hanc solam significacionem habet, si cautiones, instrumenta que omnia actus sui exhibetur heredi, sed & si reliqua solverit, &c. per quem textum ita in terminis decimum fuisse in Senatu Neapol. testatur, & probat Matthaeus de Affict. in decif. 157. num. 2. Azevedo, alios referens in leg. 22. tit. 6. libro 3. recopil. num. 9. Escobar de ratiocinio cap. 33. num. 19. & ut verissimam sententiam celebrat. Damade in tract. de futuro cap. 7. n. 23. fol. 57. decifio G-ueniel. 209. numero 2. ubi refert ita etiam in Genuensi Senatu pronuntiatum fuisse, & cum Affict. ubi proxime hanc conclusionem sequitur Cardinalis Tufc. præl. concil. tom. 7. littera S. concil. 129. num. 16. & iterum tom. 1. littera A. conclus. 210. à prin. & iterum ipse Franciscus Muños de Escobar. in tract. de ratiocinio (qui loquitur in execute corona executoria) c. 3. 1. a. num. 10. ubi etiam latius disputat: an iure Regio teneatur executor, priuquam exequatur, hoc reliquum vulgo (alcance) dictum, debeat ipse rationes, & computa confirmare: In quo distinguunt inter executorem mixtum, ut cum iste aliquatenus faltum summari cognitionem habeat, sit mixtus respectu calculationis, & liquidationis sententia, ideo ipse poterit confirmare, & tenebatur, quamvis si confirmationem omiserit, nihilominus (upreme tribunalia de ea non curant, ad effectum annulandi executionem, sed de munere meritis cuijlibet capituli, ac de ejus iustitia, vel iniustitia tractatur, & confirmando, vel revocando gravamina, caula terminatur, prout de quotidiana praxi testatur, quidquid in contrarium censemur Gutier. in tract. quest. c. 37. n. fi).
- Si vero in sententia executorialibus hoc sit etiam additum, ut quidquid liquidaverit exequatur, alia approbat, seu confirmatione necessaria non est, siquidem post factam liquidationem exequendo in reliquo quanto adimpler, (prout teneat) suam commissiōnem. Idem etiam dicit Escobar si sit merus exequitor, cuius commissione hoc pariter addatur, quod quidem nullomodo in nostro casu verificari potest, siquidem executor sententia, qui datus ad liquidationem reliquum, non possit merus esse, quia habet causam cognitionem summariam, cum datus sit ante omnem executionem liquidatam materiam, de quo nos latissime diximus supra hoc lib. 4. cap. 3. in prin. ex n. 4. cum seqq.
- 143 Nostra insuper principalis resolutio ex eo comprebatur, quoniam condemnatus per sententiam ad solvendum, quod liquidabitur per calculatores, aut peritum, potest exequi in illo, quod facto calculo liquidum videbitur calculatori, & executori ex eo, quia hujusmodi articulus liquidationis habet seu incidentis in executionem sententia, cuius quidem naturalis affluit, cum virtualiter in sententia comprehendatur, & ideo liquidatum per calculatores mandabatur executioni, non fecus ac si in ipsa sententia liquidatio expressa contineretur, latè conprobatur Ozafc. in decif. c. 75. n. 4. ff. 169. Bal. Novel. quid de cum muni testatur in tract. de date privil. 7. n. 2. ad ff. p. Negusani. tract. de pign. p. 2. mem. 4. in fi. n. 167. Xuarez in repet. l. post rem. t. reg. ver. 2. extende hanc leg. nu. 2. ff. de re jud. f. 2. 52. quoniam presumptio ex instrumento elicita, dicitur tenor eius, l. iuris gen. 8. quod ferre ff. de pact. l. 1. ff. de usuris. Gratian. ubi proxime lib. num. 10. Ant. Gom. in 145. Tauri sub n. 139. dicens communiter hoc a Doctoribus teneri, in d. s. quod ferre, ea namque, quæ iuri intellictu, & presumptio instrumento insunt, dicuntur esse de tenore ipsius, Alex. conf. 126. n. 4. l. 5. & num. 5. & ibi additio verbo de tenore, plures adducit concordan. Cardinal. Tufc. littera Y. cone. 240. n. 20. & sic licet sit laparatum rationem reddere, & reliqua solvere tamē sub verborum (rationem reddere) invulnu, utrumque significatur, ac virtualiter comprehenduntur.
- Amplius quero, executor an executorialium, quibus 144 quis venit condemnatus, ad restituendos certos modicis tritici in specie, cùm tunc præcisæ in specie, scilicet

in tritico, & non in valore, seu affirmatione est faciens executio, ut latius deduximus *suprà cap. 5.* & in sententia, seu executorialibus bonitas, seu tritici qualitas expressa non sit, an excedat si compellat condemnatum, ad praefundum melius triticum. In quod illud est dicendum, quod victor, cui haec est facienda restitutio, tenebat probare bonitatem, & qualitatem tritici mutuatis, vel fibi alia debiti quam si ille non probaverit, tunc condemnatus obligacioni, & judicis sententia, & executorialibus satisfaciens, etiam si vilissimum triticum obtulerit, vel tradiderit, text. elegans in *I. fiducijs*, alias *si fiducijs*, *52. ff. mand.* ibi, sine adjectione bonitatis tritici, &c. & ibi, quo liber triticum dando liberari posse, exquisito, &c. optimè Escob. *trat. de ratiocinis* *c. 17. num. 6.* & sic hoc casu excedet executor, si condamnatum compulerit aliud, & bonus triticum praefare.

*155.* Quod quidem limitat ibi ipse Escobar per text. juncta gl. in *legato general.* *ff. de leg. I.* & in *I. 13. iu. 9.* *p. 6.* ubi Gregor. *verba semejantes*, ubi scilicet, qui ex legis causa esset obligatus & condemnatus triticum præstare, quia tunc non satistis nisi saltum ex mediocrity triticum solutionem faceret hæres, & quid etiam de aliis rebus legis, que habent terminos à natura ut equus, homo, similia, & ea qua facta homini finem habere consuere ut vestis, vas, & similia vide apud eosdem, præcipue Gregor. Lopez.

*156.* Et ulterius an executor datus ad executionem executorialium, quibus quis est condemnatus, vel in judicio particulari rei vindicatione, vel universalis petitione hæreditatis, aut bonorum possessione, ad restitutionem rei, seu rerum, quas condemnatus tempore litis mota, & pendentes possidebat, an excedat, si executoriales exequi velit in re, vel rebus quas post rem judicatae cœpit possidere condemnatus, & ad eis potestatem noviter devenerit, & quod excedat; videur probari ex regula *1. non potest ff. de judicis*, deinde ex eo, quod in judicio universalis petitione hæreditatis non comprehenditur id, quod tempore sententiae coepit est possidere. Hanc opinionem defendunt Ab. & Fel. in *c. 2. de libell. oblation.* *ille n. 25.* iste *n. 11. ver. sexta conc.* Alex. in *I. 10.* & ib *Iff. 12. C. de edendo*, ita declarantibus *lib. 4. ff. de petitione hæred.* Infuper & in judicio universalis bonorum possessione idem esse dicendum, ex identitate rationis, tenet Ripa in *I. 1. in prin. n. 10. ff. quorū bonorum.*

*157.* Sed contraria sententiam, & opinionem veriorem existim, inquit non excedat executor exequendo condemnatum, ad rei restitutionem, quam cœperit possidere post rem judicatam, ad quod movent, quod quamvis reus conservus non possideat; tamen si constat de jure agentis, judex debet declarare, quod res spectat ad actorem, abolvendo reum. gl. in *I. 1. te. 9. 5.* *ff. si quidam in terra lectura ff. de except. rei jud.* quo loci inquit Batt. illum text. esse auctis literis scribendum, indicans hujusmodi sententia virtutem hanc esse quod si reus post sententiam, & rem judicatam, quia declaratum fuit ad actorem pertinere, poterit contra illum abfique novo processu fieri executio, idem etiam ultra B. Affirmant Ab. & Felin. in *cap. examinata col. 1.* *annot. 2. de judicis*, late etiam prolequebit Roland. à Valle in *conf. 58. lib. 8. lib. 2. iff. in 9. omnium.* *n. 23. infra. de actio.* cum aliis citatis à Petro Surdo *conf. 227. n. 18. lib. 2.* Gratian. in *disceptation. foren. tom. 1. cap. 78.* à *n. 9.* quod idem esse probat in bonorum poss. ultra quos etiam haec doctrina robatur ex Aymon. Cravet. *conf. 60. num. 8.* quem referunt sequitur etiam Cardin. Tuic. *practicar. concl. tom. 7. litera S. concl. 108. n. 66.* & iterum *n. 70.* dicentes, quod agens rei vindicatione qui tenetur probare, se dominum esse, & reum possidere si probat se dominum tantum, & non probaverit, reum possidere, potest à judge ferri sententia super universale

universale bonorum possessionis ex Ripa in *I. 1. in prin. n. 10. ff. quor. bonor.* quem in hanc partem inclinat, & probant etiam verba *d. I. 1. juxta oppositionem Dyni, & Jacob. de Aretin.* quam ibi refert *B. num. 3. vers. bac solutio.*

*161.* Et in utroque judicio tam petitionis hæreditatis, quam bonorum possessionis per Ripam & Menoch, probat etiam, & defendit Pereg. in *trat. de fid. art. 46. n. 29.* quod in judicio petitionis hæreditatis probat *tex. in I. 4. & I. si quo tempore, l. idem videndum, §. si qui, ff. de petitio. hæred.* inquit etiam in judicio particulari vindicatio probat *l. si autem, §. possidere, ff. de rei vind.* & in bonorum poss. est *text. in d. I. 1. ibi, possidere, possidere, & c.* nam futuram possessionem designat verbum illud (possidere) quia est verbum praeteriti temporis imperfecti subjunctivo, quod etiam ad futurum respicit, *l. si ita quis, §. si ita, ff. de verb. obligat.* ubi notatur Batt. in *I. 1. n. 7. q. ff. de jure codicill.* Decius conf. *44. n. 4. iff. in placet. n. 12. ff. de lib. & postib. Paris. conf. 22. n. 13. lib. 2. Pereg. in trat. de fideicom. art. 46. n. 29.*

*162.* Quam tamen ratione non reddit, sed est, quoniam hujusmodi restitutio non est rigorosa, hoc est, à juris necessitate, & dispositione inducta, sed omnino gratiosa, & ex gratia, fere indulgentia Principis, quo causa cum interim percepti fructus nullo modo restituuntur, notat eleganter Covar. in *lib. 2. var. c. II. n. 3.* Parlador. *I. 2. rerum. quis. c. ff. 6. p. 6. n. 7.* cum per confisicationem dominium rei adeptus sit fiscus, & ejus successor, bona enim fidei possessor est (ut Jurecon. inquit) & dominium habet, qui auctore justice comparuit, &c. lege at si quis §. 1. ff. de religio. & sumptib. fuer. lege *52. tit. 5. p. 5.* tradunt glossa B. & Doctorates in *I. finita.* & in *I. Tuta, ff. de solutio.* Covar. & Parlador. ubi proxime.

*163.* Nec obstat, quod de natura hujus verbi (restitutio) superius probavimus, hoc capite, ut ex ejus propria, & natura etiam simpliciter prolati, comprehendat fructus, cui respondet, quoniam (ut ibi à *n. 105.* & à *n. 113. diximus) procedit; quando profertur in casu, in quo alias à jure est inductum, ut fructus restituuntur, quia illud verbum (restitutio) refertur ad jus, hoc autem casu cum fiat ex gratia restitutio, eti restringatur ad jus, fructus venire non possunt.*

*164.* De vera resolutione hujus questionis, & amplissi- me de tota materia vide usque ad refectionem, per Farin. in *præl. crim. tom. 1. q. 6. à n. 28. usque ad ff. ubi per regulas, ampliationes & limit. procedit, & sub n. 28. in prin. ver. & in specie tractat, an clericus condemnatus ad privationem beneficiorum, & poena ex gratia restitutus, recipere eadem beneficia, presertim si alteri collata, qui se remittit etiam ad text. & ibi communiter per DD. in c. quāmvis, de reſer. in 6. Rol. conc. 45. n. 20. lib. 4. Pereg. de jure fisci I. 4. tit. 2. n. 41. & ad alios plures, ubi etiam in ver. sequenti tractat idem Farin. an Clericus capitaliter condemnatus ob contumaciam (quo casu si quam habet pensionem, illam amittit, & cum beneficio consolidatur) vel etiam privationem pensionis expelle, pariter condemnatus, si fuerit, ut supradicto, restitutus, censeatur etiam ad pensionem restitutum in prejudicium ejus, cui pensio adquiritur fuit, & per extensionem consolidatur cum beneficio, Sforz. Odd. de restit. in integr. p. 2. q. 69. n. 182. 85. & 92. ad quam etiam materiam vide latifime cumulata per Micerem *trat. de major.* q. 23, à *num. 66. seqq. in noviori impressione.**

*165.* Sed & alia quæfione semel, & passim vidi dubitari, an executor excedat compellendo reum condemnatum ad rem reddendam, seu restituendam, ut pariter solvat redditus affirmationem damni, & deteriorationis, factæ, & liquidata in ipsa, vel satisfaciat condemnatus & liberetur eam reddendo eo statu, quo reperitur tempore condemnationis, & executionis, cum per sententiam expresse in damnis condemnatus non fuisset, in qua variis dixerat advocati. Ego autem quod non excedat, defendi semper, motus primo, quia res reddita, soluta, restituta non dicitur, quæ deteriorata & damnificata redditur, restitutus aut solvitur; textus optimus, & famosus in *I. 3. §. si redditia.* Si redditia (inquit Confutus) quidem sit res commoda, sed deterior redditia, non videbitur redditia, quæ deterior facta redditus: nisi quod interest præferre, propriæ

## 612 De Regia protect. vi oppress. appell.

propter enim dicitur res non redditum, quæ deterior redditum si commodati, text. est etiam in l. i. ff. fides, ff. deposita, cuius summa verba. Si res deposita deterior redditum, quasi non redditum, sed ipso potest; cum enim deterior redditum potest dici dolo malo redditum non esse; text. in l. qui sibi 33. s. qui Stichum & s. item, qui hominem dare promisit, & vulneratum a se offert, non liberatur, ff. de solid. text. in Imlie. 13. ff. abesse, ibi. Res absens videtur, ut Sabinius ait, & Pedius probat etiam esse, quatum corpus manet, sed forma mutata est, & ideo si corrupta redditum sit, vel transfigurata, videri abesse, quoniam plenaria plus est in manus pretio, quam in te, ff. de verbis. signif. text. in lege 186 Labeo 14. ibi: Si velutimum iculum redditum, vel res corrupta redditum sit, veluti scyphii collisi, aut tabula rasa pictura, viderem abesse, quoniam eorum rerum premium non in substantia, sed in arte sit possum, & ff. eadem tunc de verbis. signif. text. etiam elegans in lege 1. s. qui autem, ibi, qui autem vi defectus est, quidam senfir ob hoc, quod vi defectus est, recuperare debet, pristina enim causa restitui ei debet, quam habituera erat, si non suffici vi defectus est; ff. de vi arm. text. etiam in l. ff. de verbis. signif. ibi restituit non tamquam corporis, sed etiam qui omnem rem conditumque redditum prefat, & nota restitutio juris interpretatio est. Ex quibus quidem iuribus manifeste probatur; non solvere, nec rem reddere, aut restituere sententia, quæ condemnatoria victimum non parere, nec satisfacere, si simul damna eius non praeterire, quæ dñm non solvit, alterum tradendo à vinculo executorium minime liberatur.

188 Secundò probatur, quia verbum (restituere) hanc habet etiam significacionem, ut amendmentem, & satisfactionem damni comprehendat; adeo ut qui non emendat vel solvit valorem, & reparationem in damni, dicatur non restituere, eleganter docet Fed. de Senis conf. 17. in fin. sequitur Card. Tusch. præl. concil. lit. R. concil. 202. n. 2. & probat text. in d. l. fin. ff. de verbis. signif. s. qui autem, per quam & per Lucum de Penna, idem dicit Menoch. de recip. poss. rem. 1. n. 6. quædem verborum propria significatio etiam in materia quantumcumque stricta, & odiosa, omnimodo retinetur & ab ea nullo modo recedi oportet. text. est n. 2. cum l. ubi Aret. ff. de testam. plures congregant Covar. l. 3. var. cap. 5. in fin. Rota in novissima dec. 223. n. 28. & latius nos egimus supra hoc cap. a. 119. & seqq. circa fructus in restitutione, quæ etiam propria est significatio hujus verbi (reddere) ut satisfactionem damni virtualiter comprehendat, text. d. l. 3. ff. reddit. s. ff. commoda. ibi propriè enim dicitur res non redditum, quæ deterior redditum, & text. in d. Imlie. 1. ff. res, & seqq. juncta rubr. de verbis. & return signif. secundum quam omnino debent leges intelligi, immo, & verbum (redere) juris interpretatione, significat etiam restitutio gl. in lege verbum reddendi, ff. de verbis. signif. Cagnol. in l. curavit num. 70. C. de action. empt. ergo executor non excedet, si hujusmodi damni liquidationem præstare cogat condemnatum.

190 Tertiò probatur insuper, nam restitutio est redintegratio in plurimum statum, restituere, ff. de verbis. signif. l. quod si minor, s. restit. ff. de minorib. l. videamus, s. in Fabiani, ff. de iuris; ergo nec condemnatus nec executor ad restituendum datum satisificant sententia executive, si illam reddunt, & restitutio attente praefenti statu, & non pristino, suadet etiam etymologia verbi (redintegratio) sic dicit, à re, & integer, non enim redditum, qui restitutio res integra, quæ deteriorata, aut corrupta restitutor, sunt jura imperiis citata, damnum enim dicitur omnis rei diminutio, seu lesio, Paul. in l. 3. in final. ff. de damnis infelio. Anton. Franc. in tract. de eo quod interest, n. 5. vol. 8. tractat. Dolorum, audit.

Burg. de Pez. in proemio l. Tauri, n. 148. non fecit ac si executor ad restituendum fundum datus, dimidium tantum tradat, aut ut loquitur cestum, & exequatur pro 195 octoginta dumtaxat; contra naturam, & verum, claramque sententia sensum d. l. h. 3. ff. de verbis. signif. ibi omnem rem, & ibi, tota restitutio juris interpretatio est, & d. l. sagitt. autem, ff. de vi & vi armata, ibi, prima enim causa restitui ei debet, &c.

Restitutio enim, rantium restituit, quantum id absfit, adversus quod restitutio conceditur, Bart. in l. fin. col. 3. C. de sent. passir, ubi per illum text. constat, quod tantum restitutio gratia attribuit, quantum condemnationis sententia admittit. Optimè Farinae, præl. 197-200 criminis tom. 1. q. 6. n. 32. ubi per Decimum in l. condamnatione, ff. cum verbum restitutas, ff. de regul. jur. dicit, quod non dicatur quis restitutus, nisi plenariam fuerit consequentia restitutio, & quod restitutio facta renuntiatur quod existimat fuit penitus, p. r. l. quis filium s. sed si pater, ff. de iustis rupto, irri. & Cast. in lez. Gal. lus. s. & quid si tantum, sol. penit. ff. de lib. & posth.

Maxime, quia rei appellatione de rota re intellic. iur. 199 Ruin. conf. 80. pro clarion. lib. 2. ubi dicit communem. Alex. conf. 196. in prin. lib. 6. l. Tertia cum tef. s. 1. d. leg. 2. quem ibi ait hoc ponderat Bal. & ali poft. eum. l. si defensor, s. qui interrogatur, ff. de interrog. alio. & l. de papill. s. qui nuntiatio. & ibi not. B. & B. & ali, ff. de voti oper. nun. l. legatis uxori. & ibi Dyn. & B. de leg. 2. hoc legamus de leg. 3. not. gl. B. & ali poft. eum in l. s. rem. in prin. de rei vind. D.D. in l. Pompa. s. sed & is. ff. de procurat. & in c. 2. de libellis oblat. ergo non tota redditum, quæ dñm non solvit, alterum tradendo à vinculo executorium minime liberatur.

Quarto fulcitur, nam actor, & reus debent ad partem, non autem imparia, judicari, ex juri. vulg. sed ad favorem condemnati pristinus rei status attenditur, an deteriorata res ad se pervenerit, adeo ut melioramenta à se facta & liquidata in executione opposita in vim exceptionis modificativa à vincente rei domino, recuperet, & ad ea executor præstans compellit absque reatu excessus, etiam si de his in sententia solventibus nihil dicatur, ut latè nos suprà in c. de excessu in exceptio. c. 6. a. n. 73. ergo non pari ratione condemnatus rei deterioraciones præstare tenetur, si in sententia sit omisum; eodem pristino statu attento, ut probat d. s. restit. cum aliis. Si enim estimationem ejus, quod 201 rei additur, in executione recuperat, cur similiiter quod rei prædicti solvere non tenebitur? Si quidem favorabilior est certans de damno vitando, quæ de lucro captando.

Quinto & eleganter facit, nam si fructus percepti 202 à condemnato, aut eorum estimatione (qui sunt res omnino separatae ab ipsa re principali, l. in adibus, s. ex rebus ff. de donat. Marqu. de commis. 1. p. in commis. app. super divers. c. 28. n. 30. f. 3. m. 2. imprellio. Sac. de ap. pell. q. lim. 6. memb. 9. sub n. 37. & n. 32. in fin. Cavarita super ritu magna Curia 359. n. 4. in fin. Caesar Barz. dec. Bonon. 45. petit. n. 1. & 2.) de qua tantum caularunt 203 ab ipsa re, restituentur cum re ipsa, ad quam duntaxat restituendum executor datus est, ut latè probavimus hoc c. a. n. 93. cum seqq.

Ergo multo magis ratio, & consideratio damnum, & deteriorationis habenda est, quæ ipsam rem afficit, inutus tangit, pars est ejus, & membrum ipsius corporis, & substantia illius rei nominatum expressa in sententia, quia plus influit, & operatur causa in sancti. Eccl. clem. 1. de reliquis & veneratio. sancti. leg. s. non sunt clavi, 21. ff. per veniam. ff. de auro & arg. lega. leg. temp. 9. de re iud. Castr. conf. 129. tom. 1. Fel. in cap. audit.

## Pars IV. Cap. IX.

613

etiam Federic. de Senis, Tusch. & Menoch. suprà citati in secundo fundamento, num. 187. quæ opinio satis est probabilis & vera, à qua nullatenus recedendum esse arbitror, & loquendo in spoliante condemnato simplicer ad rei restitutio, ut etiam teneatur damna restituere, probat Giurba dec. 39. a. n. 2. Put. dec. 298. l. 2. Rota div. 334. p. 2. Menoch. conf. 758. n. 17. vol. 8. Circa quam an, & quis in illata ad damna teneatur, ubi de tempore vigore executions postmodum revocata, de possidente pignus prætorium, de administratione reipublicæ, tute, curatore, colono, in quilino, usiſtūlario, emphyteuta ac majoratus 214 possessor, & qualis dicuntur damna, & deterioraciones, & ex quibus causa deteriorationem rei continentem prælaturam accidere culpa, negligencia, aut dico possessor, seu administrator, & de pluribus aliis similibus difficultibus consule omnino Escobar in tractat de ratificatione cap. 29. per toum, ubi optimè explicat, & latè etiam per Mantican de contractibus tom. 2. l. 22. tit. 20. per toum, ubi multa, qui post alias num. 9. optimè tractat, an & quando deterioratio cum melioramenti in ipsa te facitis compensetur, apponendo regular negativam, & ad illam nonnullas limitationes, quo loci exactè prosequitur videndum.

## CAPUT X.

Ab excessiva fructuum, damnorum, expensarum, interesse, pertinentiarum, ac conexorum liquidatione, & taxatione facta per executorem; appellationi emissæ non deferendo, an vis fiat. Ubi exactè quomodo hoc casu simplex gravamen ab excessu cognoscatur.

## SUMMARIUM.

Sententia generalis condemnatoria fertur in judicis universalibus, in executione postea liquidandum quæ sub generica condemnatione comprehendatur, n. 1. Idem in iudicis generalibus, puta reddende rationis administratio, n. 2.

In executione sententia universalis, puta l. fin. C. de edict.

D. Adr. tenuta majoratus, petitione hereditatis, &c. liquidandarum res ad illam pertinentes, n. 3.

Sententia potest ferri incerta super accessoris, puta fructibus, pertinentiis, &c. de cuius estimatione liquido in executione apparebit, n. 4.

Condemnatus vel obligatus per garantiam ad fructus damna, aut interesse, in executione facta liquidatione solvit, n. 5.

Executione facti promissi in estimatione aut interesse sit, num. 6.

Excessus circa liquidationem dupliciter consideratur, proprie, & abusive seu improprie, n. 7.

Excessus improprie accidit ubi nimis taxatos fuisse fructus condemnatoris quis aferit, n. 8.

Excessus improprie est possis iniustitia & simplex grevamen, quia executor tunc comineur sub limitibus sua commissio, n. 9.

Ab excessu improprio puta ubi nimis fructus sunt taxati, non datur appellatio suspensa, n. 10.

Liquidatio pertinentiarum precedente condemnatione universalis, dicitur declaratio interpretativa, non augens nec minuens condemnationem, n. 11. 13. & 17.

Supplicatio con las mil y quinientas, si non admittitur à sententia tractata in rem judicatam, nec ad ejus liquidatione facta in ejus executione, n. 12.

Executione est sequela primi judicis & ejusdem natura, n. 13.

Salgado de protel. Reg.

ff. Quicq.